

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 20 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 29.

Cod. XX.

29.

Cod. XX.

Deest.

membran. Fol. fol. 13^o 14.

1.
2.7.

S. Biblia
v. A. N. Testa-
menti.

Characteribus quidem minusculis, sed elegantissimis exaratus, ac Edenburgi et aureis comparatus. Continet universa Biblia V. et N. Testamenti iuxta versionem S. Hieronymi, et veteris vulgata, quod ea collatione cum Bibliis ejusdem sancti, a^o 1476. et a Marianas in Biblioth. divina S. Hieron. editis, facta sit manifestum. Ceterum opera pretium erit, Codicem nostrum diligentius ^{dis}quirere, ac memora- silia annotare. Absque ullo Titulo incipit epistola nota S. Hieron. ad Paulinum: "Frater Ambrosius mihi tua munuscula perferens". Post hanc ejusdem Prologus in Pentateuchum ad Desiderium: "Desiderii mei desiderata auresi literas". Jam sequuntur genes. Exod. Levit. Num. et Deuteron. in Capitula quidem divisa, sed non in versus, quod in toto codice observatur.

Librum Josue precedit Prologus S. Hier. "Tandem finito Pentateuchum Moysi". Dein lib. Judicum, et Ruth. Libro I Regum proponitur Prologus S. Hieron. qui dicitur Galileus: "Viginti et duas literas esse apud Hebræos", sequuntur ordine III. et IV Reg. Postea Paralipom. lib. duo cum prefat. S. Hieron: "Si septuaginta interpretum". Capitulo ultimo libri 2^o di anexa est oratio Manassis Regis Juda apocrypha: "Domine Deus omnipotens Patrum nostrorum". Contuli cum Bibliis P. Sabatier, T. 3. p. 1009. et adductis ibi M. Colbertinis n. 249. et n. 999. ac maxime his eam formam nostram orationem deprehendi, ubi in edit. a^o 1476. ©

Libro Esdra I. profixus est prologus S. Hier. in Esdras et Nehemiam ad Tomnionem et Lagatianum: "Utrum difficilius sit, facere quod poscitis." Hic Liber non in decem, ut habet nostra vulgata, sed in septem est capitula disjunctus. Liber, qui est apud nos 2^{us}, novo inchoatur capitulo, sed sine titulo, nisi quod rubro fit prescriptum: Nec, id est Nehemid, quo tamen non obstante in fronte foliorum sequentium legitur: Esdras I. Liber iste absolvitur capitibus XIII. ut in vulgata.

Post ultimum capitulum immediate sequitur: "Incipit liber secundus Esdra", et continet capitula 27. Est iste liber, quem dicimus 3^{um} Esdrae,

(a) Orationem Manassis scripsit tam fuisse in sermonibus Regum Israel, et in sermonibus Manassis Regis, et in libro 2. Paralip. 33. 18. 19. Ea vero, quae hodie scripta est, ut nomine cessat, veris Manassis non uno veluti tenore scripta ab Autore Constituta, et in Epistola II. 22. contra sententiam Cotelierii, sic hanc esse extra Canonem Librorum divinarum collocata. — Et antiqui eam plures geminam habuisse, quod inde apud Fabric. Biblioth. Graec. lib. 8. p. 29. — Graecos etiam hanc hodie inter alia Cantica hanc Manassis orationem ubi notavit Leo Allatius de lib. ecclesiast. Graecor. p. 62. — Qui vero affirmant, eam nec Graecis nec Hebraice reperiri, deant Lambec. Comen. Bibl. Cos. lib. 8. p. 27. et 279. Bonfer. p. 14. Dupin in Proleg. Critic. Apoc. p. 17. Labb. Concil. 7. 2. Paris. 1671. Cotelieri Patres Apoc. Bibliae Got. 1749. et 1750. et Malherbe Polyglotta.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 20 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 30.

20.

Cod. XX.

ad apocrypha rejectus. S. Hieronymus in mox dicto Prologo translationem Manassis scriptam fuisse in sermonibus secundum Israel, et in sermonibus Horai Prophetarum, festatus locus 2. Paralip. 35, 18. 19. Ea vero, quae hodie legitur illius nomine constat veritas Paralipomenon una veluti tenore subiicitur ab auctore Constitut. Apostoli. Canonum II. 22. atque fatente Collesio fidelitatem esse ad extra canonem lib. dixerunt. Colocata. Ex antiquis eam plures genuinam habuere, quas vid. apud Patric. Biblioth. graec. lib. 9. c. 29. Graecos etiam nunc hodie inter alia cantica hanc Manassis orationem uti, nota est Leo Allatius de lib. eccl. graec. p. 62. Qui vera affirmat, eam nec graece nec hebraice reperiri, adnotat Jacobell. Comment. Bibl. cap. lib. 9. p. 97. et 974. Bonfret. p. 14. Dupin in Dilect. Bibl. Constit. Apost. lib. p. 17. Rabbi concil. T. I. Paris 1644. Collesio Patr. Apost. Dublin Rob. Stephani 1840. Waltoni Polyglott. in Esdrae et Nehem. Utrum difficilius inter alia ait: "Nec quemquam moreat, quod unum a nobis editus est, nec Apocryphorum tertium et quartum sermonis delibetur, quia et apud Hebraeos Esdrae Nehem. et sermones in unum volumen coarctantur, et quae non habentur apud illos, - - sunt procul abjicienda." Ex his patet, librum 1. et 2. Esdrae uno conclusum fuisse volumine iam ab Hebraeis, uti et in codice nostro. Librum vero tertium s. qui codici nostro secundus est, esse apocryphum, et ab alio quam Hieronymo translatum. Isidorus Hispal. VI. 2. orig. vocat eum s. sicut codex noster, librum secundum, negans eum apud Hebraeos haberi; sed Joh. Morino p. 225. Exercit. Bibl. ea hebraice translatus videtur. Graeci cassare negant viri nonnulli docti, quia deest in nonnullis Bibliorum editionibus. In Pterisgo vero cassat, et in Polyglottis Parisiens. et Londin. legitur graece, Syriace, ac latine. Quis eum Latino donaverit, eum nulla suppetunt argumenta, dignosci nequit; sed diu ante Hieronymi tempora Latine lectitatum constat Tertuliano, Cypriano, Ambrosio et aliis.

Hunc etiam Esdrae librum exhibet Sabatier Bibl. suorum Tom. 9. p. 1041. duplici columna, quarum una versionem vulgaram, altera versionem alteram nempe ex Codice Colbertino, uti docet prolatio, continet. Codex noster versionem vulgaram sequitur, exceptis quibusdam variantibus, sed nullius momenti

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 20 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 31.

Cod. XX.

97.

lectionibus, et numero capitulum; nam apud Sabatier totus liber absolvitur capitulis 9, in Ms. nostro capitulis 27. Liber Tobie cum prolatione S. Hier. ad Episcopos Chro. matium et Heliodorum; iuxta versionem ejusdem sancti. Liber Judith cum profat. S. Hier. apud Hebraeos li. ber Judith. Hanc caespil altera. "Aphaxad rex me- dorum superatis multis gentilibus", ignoti authoris, qua potius brevis est ad compendiosa narratio totius Libri Judith. Versio est S. Hieronymi ex Chaldaico facta, ut in vulgata.

Liber Esther cum prof. S. Hier. "Librum Esther variis translatoribus". Versio S. Hier. ex Hebr. ut in vulgata.

Liber Job cum duplici S. Hier. profat. una: "Cogor per singulos divina scriptura libros", altera: "Si aul fis. cellam junis tederem". Priorem profecit S. Pater versio ni, ex fonte Hebraico, posteriorem versione iuxta LXI. exarata. Ubi notandum, Hieronymum in illa verum et novum translatozem egisse, in hac potius correctorem. Quod Codicem nostrum attinet, est in eo versio emendata a S. Hier. uti habetur in vulgata. Ex collatione prodita sunt quaedam vocum transmutationes et lectiones vari- antes, sed sensum minime mutantes.

Liber Psalmorum absque Prolatione. Promittendum censet, S. Hieronymum etiam in Psalmos duplicem navasse operam, 1^{mo} eos emendando ad editionem LXI. ut ipse scribit ad Paulum et Custodiam; 2^{do} eos de novo ex fonte Hebraico transferendo. Codex noster con- tinet versionem ex graeco iuxta emendationem S. Hier. uti habetur in Bihus vulgata editionis. Illud autem memoratu dignum, quod Psalmis, sicut in Hebraico, nulli appositi numeri, quos in graeci habent; Aliquod Psalmorum inscriptiones seu tituli modo cum vulga- ta hodierna, modo cum vulgata veteri concordet, mo- do ex utraque composita inveniuntur, imo Ps. 148. in fronte gerit titulum: Alleluja. Aggai et Zacha- ria, plane ut in graeco.

Parabola Salomonis cum prologo S. Hieron. Jungat epif. sola, quos jungit sacerdotium, qua in vulgata di- cuntur proverbia. Versio est ejusdem Sancti, quam concinavit ex fonte Hebraico, sed subsequis tempo- ribus variis Graecorum additamentis interpolata. Capite 9^o. a verbis: Mulierem fortem quis singu- cis versibus proposita sunt litterae alphabeticae Hebraicae, Aleph, Beth etc. plane ut in editione opp. f. Hier. a Martiano T. I. p. 970.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 20 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 32.

32.

Cod. XX.

Liber ecclesiastes cum prologo seu potius epistola S. Hier. ad Paul. A. Custoch. "Memini me hoc ferme quinquennis." Versio est ejusdem ex hebraico, ubi in vulgata; lectiones variantes incuria peperit scriptoris. Cantica canticorum ut in vulgata.

Sapientia. Versio nostra eadem quidem cum vulgata nullas tamen continet lectiones variantes, sed quo ejusmodi non sunt, ut peculiarem probent ex Graeco translationem. Cum Liber iste juxta Hieronymum hebraice nunquam exstiterit, fons latinorum omnium textus est graecus.

Ecclesiasticus. Idem de hoc libro dicendum est, quod de prioribus. Vtrum vero Ecclesiasticus noster ex hebraico, an ex graeco prodierit, adhuc inter Eruditos constat.

Ysaïas cum prol. S. Hier. Nemo cum prophetarum versibus.

Jeremias cum prologo S. Hier. Jeremias propheta, cui hic prologus.

Capiti ultimo aeneae est Prophatiuncula haec: "Et factum est, postquam in captivitatem ductus est Israel et Jerusalem destructa est, sedit Jeremias propheta flens, et plausit lamentationem hanc in Jerusalem, et amaro animo suspirans et ejulans dixit." Quae prophatiuncula nec habetur in Hebraeo, nec in antiquis. Ms. versionis Hieronymiana; sed habent eam Graeci a quibus ad versiones latinas antiquas dimanavit. Singulare est illud, quod non lamentationibus, sed Prophetia Jeremia sit adjecta. Immediatè eam incipit non minus singularis inscriptio seu titulus libri Tarenorum, his: "Incipit lamentatio Jeremia, quod est in titulo Cimoch; pro Cimoch hebraico; cum alia lectione litterarum ebraicarum."

Liber Daruch ex versione latina antiqua, nam Hieronymus eum nunquam in latinum vertit, ut ipse in prolatione ad Jerem. testatur. Praecedit brevis prophatiuncula, prologus in codice nostro dicitur: "Liber iste qui Daruch nomine praeponitur, quo non Hieronymi, sed recentioris multum auctoritas. In fine addita est epistola Jeremia, ut in vulgata. Sed titulus variat; est in codice nostro: "Sequitur exemplum epistola ejusdem" / vulgata: coemplar epistola, quam: / quam misit Jeremias ad adulescentes abducentes, quod in despectu: captivos in babiloniam a Rege babiloniorum, ut annuntiaret / vulgata: illis secundum: / quod proceptum est illi a Deo. Vers. quoque

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 20 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 33.

Cod. XX.

20.

7. noster legit; "a purpura quoque et marmore, quae super
teneant," vulg: "a purpura quoque et murice, quae
super illos teneant." Cetera variantes minoris momenti.
Ezechiel, cum prolog. s. Hier. "Ezechiel Prophetam cum
Joachim".
Daniel, cum prologo s. Hier. "Danielem Prophetam".
Etiam sequuntur **XI**. Prophetas minores cum pro-
logo s. Hier. eodem ordine et eadem versione,
uti in codice **XII**.

Libri duo Machabeorum cum trino prologo; quorum
primus et secundus sunt Habani Mauri; seu poti-
us epistolae dixerim, Prima est ad sudovicum Regem
"Domino excellentissimo et in cultu Christiane Religionis
"Strenuissimo Lodovico Regi sarranus vilissimus servorum
"dei in domino dnoy perpetua optat salutem"; altera
ad Gerardum sacri palatii archidiaconum. "Revera-
"rissimo et omni caritatis officio dignissimo Gerardo sacri
"palatii archidiacono. Sarranus vilius dei servus servorum
"in dno salutem". Tertius incipit: "Machabeorum
s. libri quoda scriptore omiffum; duo pronotant pra-
tios". Forsitan etiam hic Habanum habet authorem;
destituta autem operum eius editione, nihil certi
affirmare possum.

Novi Testamenti librorum ordo est sequens.
1. Quatuor evangelia cum suis prolationibus, de qui-
bus vide, quae ad codicem **XIV** diximus. Illud au-
tem hic loci proferri singulare est, prolatione.
Nam ipsius Evangelistae Lucae Quoniam quidem multa
propositam esse prologo Lucas Syrus, et hoc finito
demum incipere Evangelium his verbis: "Fuit in
diebus Herodis".

2. Epistola s. Pauli, ad Romanos, ad Corinthios, ad
Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessa-
lonicenses, ad Colocenses, ad Timotheum, ad Titum,
ad Philemonem, ad Hebraeos. Singulis epistolis pra-
mittuntur brevissima Sinopses.

3. Actus Apostolorum, cum prologo mutilo: "Lucas An-
tiochenus natione Syrus" perperam Hierony. adscripto.

4. Epistola s. Jacobi, cum prol. s. Hier. Non ita ordo
est apud Graecos; qui tamen s. Doctore ab eruditioribus
abjudicatur.

5. Epistola s. Petri sine prologo.

6. Epistola s. Joannis, absque numerorum distinctione,
sed per modum epistola unius; imo ubi incipit

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 20 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 34.

34.

Cod. XX.

Epistola ad Juda, rubro scriptum legitur: "Prologus epistola
 Juda, mira profecto scriptoris opitantiā. Quod attinet
 locum, i. Joan. 3, v. 8. de tribus in celo testibus, eodem
 nosse sic. v. 7. "Quia tres sunt, qui testimonium
 dant in celo, pater et verbum et Spiritus sanctus,
 vel hi tres unum sunt; v. 8. et tres sunt qui testi-
 monium dant in terra, Spiritus et aqua et sanguis."
 Alterum itaque: "et hi tres unum sunt", in x^o 8^o
 omisum; de quo S. Thomas aq. contra Joach. Ath. in
 secund. Secret. de summ. trinit. et fid. cath. dicit
 esse appositum ab haeticis arianis. Ceterum
 antiquorum testimonia in hunc locum copiose colle-
 git G. Sabatier in Bibl. lat. ant. vers. T. 3. p. 977.
 vid. etiam Biblia graeca, edita a Griesbachio, et
 H. 3. v. Augusti Pflüsch-Gomphard, 2. 6. p. 203. ff. et
 42i ff.

7. Epistola ad Juda.

8. Apocalypsis Joann.

Pro coronide addo, in codice nostro plurimas ex-
 stare lectiones a vulgata versione variantes, ms.
 menti quidem raro graviores, et plerumque ex
 omissione vel errore scriptoris ortas. Fetatem vero
 quod attinet, quis definire audeat, nulla vel scrip-
 toris v. temporis recurrenda nota? Ego Saeculo XIII.
 antiquiorem esse dicere nolim.

Bibl.
ff.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 20 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27391